

25 DISPUTATIO JURIDICA,
DE
JURE
CIRCA
PESTEM,

Qvam

Sub PRÆSIDIO

D. JOHANNIS SCHACKII:
Professoris Juris Ordinarii, & Consi-
storii Ecclesiastici Assessoris,

Die Octobr. Anno 1709.

defendet

THEODORUS BENJAMIN WOTHLENUS,
Noribergâ Marchicus.

GRYPHISWALDIAE,
Typis DANIELIS BENJAMINIS STARCKII
Reg. Academ. Typogr.



திரு திரு திரு திரு திரு திரு திரு திரு
திரு திரு திரு திரு திரு திரு திரு திரு

I. N. J. A.
DISPUTATIO JURIDICA
De
JURE CIRCA PESTE.

THES. I.

Tempore Pestis circumfoane non
debent esse Medici.

Ratio (1) Quia Medicus est Vir bonus, medicinae scientia
instructus; sed utrumque deficit illis Jagitiosis impo-
storibus.

(2) Quia Republicae interest, locupletes habere Cives, nec
pati, eos à fraudulentis ejusmodi hominibus pecunia
emungi. Vid. Constitut. Crim. CAROL. V. Ar-
tic. 134.

THES. II.

In Peste femina non debet esse medica.

Ratio (1) propter pudorem sexus.

(2) Ob Judicij imbecillitatem. l. 2. ff. de R. J.

(3) Quia natura Viris firmius Judicium quam Feminis con-
cessit; quibus magis congruit, colum & larum tractare.

THES. III.

Clerici tempore Pestis non possunt esse Medici.

Ratio (1) ut eò promptius muneri suo vacent, & anime
curam habeant.

(2) Ne occasione scientiae spiritualis, mundanis actionibus in-
volvantur. Cap. 3. X. ne Clerici vel Mon. secul.
neg. se immisceant.

THES. IV.

)(3)

THES. IV.

Judæi int̄ Christianos tempore Pestis non possunt
esse Medici.

Ratio (1) p̄citur ex l. 1. ff. de decret. ab Ordin. fac. ubi
Decurionibus injungitur eligere probum Medicum:
qualis m̄n est Judæus Medicus. Hic enim est crucis
CHRISTI inimicus. Cap. licet universis. X. de test.
Fidii nostre hostis. Cap. Judæi. X. de Jud. & Sarac.
Noreinis CHRISTI blasphemus. Cap. cum sit nimis
absurdim. X. de Jud. & Sarac.

(2) Q̄via Ius Canonicum sub pena excommunicationis pro-
hibet medicamenta à Judeis accipere. Can. 13. & 14.
Caus. 8. Qv. 1.

(3) Q̄via Christianus scrupulum conscientiae sue injicit, si
se Iudeo Medico curandum committat. Ripa de Peste.
Cap. 7. n. 2. & seqq.

THES. V.

Medici tempore Pestis à tutela immunes sunt.

Ratio (1) q̄via Medici in l. 6. §. 1. ff. de excus. tut. dicun-
tur negligenter, b. e. circulatores, ut ipse Ictus se ex-
pli cat; seu visitatores, uti vocantur in l. 42. §. 9.
C. de Episcop. & Cleric. eò, quod pr̄ter domesti-
cum & umbratile studium, urbem circumneant ex causa
sanitatis, restituende hominibus. Vid. Gothofr. add.
l. 6. §. 1.

(2) Q̄via plerumque intra numerum sunt, & munere
suo fungi debent sedulō, & non pr̄pediti negotiis pu-
pillarybus. l. 6. §. 4. ff. d. excus. tutor. arg. l. 4. in
pr. ff. d. in lit. jur.

)(4)/

THES. VI.

Medici tempore pestis possunt cogi id curam
poris suscipiendam.

- Ratio (1) quia Medicus fit reus homicidii mori.
cujus vitam opera sua sospitare potest. Dift. 8³
- (2) Quia Medicus munus publicum est ea invitit
compeli potest. l. fin. ff. d. mun. & honor. l. pen. §
duo genera. ff. d. vacat. & exc. nun.
- (3) Quia Medicus suscipiendo curam deperit neminem
ledit.

THES. VII.

Medici non peccant contra praeceptum diuinum,
si tempore pestis, die Sabbathi medentur.

- Ratio (1) quia ipse Salvator noster die Sabbathi bydropem.
Luc. 14. v. 16. aridam manum. Luc. 6. v. 10. nec
non infirmitatem mulieris Luc. 13. v. 26. sanavit.

- (2) Quia necessitas non habet legem.
(3) Quia opus charitatis non violat Sabbathum.

THES. VIII.

Medici pro opera tempore pestis, die Sabbathi
præstata, possunt honorarium accipere.

- Ratio (1) quia multa honeste capiuntur, que in honeste petun-
tur. l. i. §. proinde. ff. d. var. & extraord. Cognit.
- (2) Quia Medicus, qui principaliter propter bonum finem
die Sabbathi operatur, non peccat, si accessoriè conseqna-
tur lucrum.

THES. IX.

Medicis tempore pestis non vitio vertitur, seipso;
apud ignotos laudare.

Ratio

)()(*

Ratio (1) pertur ex arg. l. 4. §. anteqvam. ff. d. Offic.
Pro-Cof. ubi Pro-Consul in sui Commendationem trans-
mittit provincialibus literas, priusquam ingrediatur pro-
vincian.

(2) Qvia ægroti redduntur confidentiores. Sda enim Con-
fidentia Sanitatem ægrotantis plurimum facit; mul-
tique sas erga Medicum Confidentia sanati sunt. Ripa
d. pest. c. 7. n. 35. & seq. Id quod probatur exemplo
Alexandri Magni, Medico suo Philippo maxime confi-
dentis.

THES. X.

Medici tempore pestis, pauperes ægrotos gratis
curare debent.

Ratio (1) Qvia Medicus vitam & salutem proximi amori pe-
stis preferre debet. Glosf. in C. 1. Dist. 38.

(2) Qvia laudabilius est, obsequi tenuioribus, quam turpi-
to servire divitibus. l. 9. C. d. Prof. & Med.

(3) Qvia ob utilitatem publicam ipsos Fiscus renumerari
abebet. l. mulier. ibique Glosf. ff. d. captiv. &
postlim.

THES. XI.

Medici durante peste, non possunt cum ægrotis
de mercede pacisci.

Ratio (1) qvia tale pactum saperet quandam extorsionem.
Vid. l. 3. ff. d. extraordin. Cognit.

(2) Qvia Medici non debent ea accipere, qae periclitantes
pro salute promittunt. l. 9. C. d. Prof. & Med.

THES. XII.

Filius, qui tempore pestis patrem ægrotum non
commendat Medico, exhaeredari potest.

A 3

Ratio

Ratio (1) qvia tales liberi patris morientis hereditate
sunt. arg. l. 3. ff. d. his, qvibus ut inq. n. &
sed scimus. C. d. latin. libert. coll. C. ic. ad
17. pag. 108.

(2) Qvia ille, qvi nullum, vel maius atrum u
semper alicujus hereditate indignus pronunciatur.
Tiraqv. de Nobilit. Cap. 31. II. pro. Farinad
Qv. 120. n. 76.

THES. XIII.

Non valet testamentum, qvod tempore pestis ad
interrogationem Medici factum est.

Ratio (1) qvia inde resultat sufficio, qvod Testitor potius ad
suggestionem illius responderit.

(2) Qvia Testitoris voluntas nec seria fuisse presumitur.
Vid. ea, qvæ habet Carpz. p. 3. c. 5. defi. 6.

THES. XIV.

Medicus tempore pestis in urbe commorans, cum
duobus testibus testari potest.

Ratio (1) qvia usū communiter receptum est; duos vel tres
testes tempore pestis sufficere. Vid. Mev. ad J. Lüb.
p. 2. tit. 1. artic. 2. n. 44. ubi d. l. n. 49. inā cum
Carpzov. p. 3. c. 4. d. 5. afferit, tale testamentum
perpetuò subsistere, qvamdiu testator voluntaria suam
non mutaverit.

(2) Qvia tempore pestis ob metum Contagionis non multi
testes jungi possunt, ut eodem tempore simul subscribant
& subfigment. Vid. Brunnem. ad l. 8. C. d. testam.

THES. XV.

Tempore pestis inter Medicum & ægrotum em-
ptio & venditio subsistere non potest.

Ratio

)(7)(

- atio (1) qvi in l. 3. ff. d. extraord. cognit. & in arg.
19. C. d. Prof. & Med. durante morbo, emptio &
vendita prohibita est.
- (2) Qvia presumitur metus compulsionis adesse, quae libe-
rum consensum, utramque paginam in hoc contractu fa-
centem, impedit.

THES. XVI.

Medicus tempore pestis ægrotum persuasione non
vera solari potest.

- Ratio (1) qia Medicus hoc facit ægroti causa; qvi fortean
naturalis pax & formidolosus esse potest.
- (2) Qvia Medicus, qvi corporis tuendi gratia adest, alias
existet causa consernationis animi.
- (3) Qvia princeps Moralistarum, Hugo Grotius d. J. b.
& pac lib. 3. c. 1. n. 14. & Platolib. 3. d. Republ.
tamen Medicum, qvi ægrotantem prævensione non vera
solatur, à mendacii crimine immunem pronunciant.

THES. XVII.

Medicus tempore pestis non potest arrestari.

- Ratio (1) qia ægrotis ex ejus absentia periculum imminent
potest.

(2) Qvia hoc prohibitum est in l. 6. C. d. Prof. & Med.

THES. XVIII.

Tempore pestis podagrī feliciter curari possunt.

- Ratio (1) qia experientia docuit, quosdam morbo articulare
& podagre humoribus laborantes, tempore pestis ad sim-
plicem mensam, pauperesque cibos redactos convalluisse.
- (2) Qvia sic carent sollicitudine dispensandæ domus, & epu-
larum largitate, quæ consumpta relinquent pœnitentia.
Can. 30. Dist. 5. de Consecrat.

THES. XIX.

THES. XIX.

Magistratus potest tempore pestis res mi
odore pestilentiali infectas, combure.
Ratio (1) hec est, ne ulterius serpat mala.

(2) Ratio posita est in salute publica, que si rena lex est
& proper quam multa, etiam contra dipendiandi ratio
nem, introducta sunt. I. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 25
ff. d. LL. l. 8. C. d. Judic.

(3) Quia in illis, que utilitatem communem agunt, &
bonorum administrationem respiciunt, civitas libera
babet statuendi facultatem. I. i. l. 5. ff. de Decret. ab
ordin. fac. Ripa de peste. cap. 6. n. 28.

(4) Quia & sacra Pagina nos docet, vestes, & alias res
mobiles lepra infectas a Sacerdote fuisse combustas, ne
homines iis postis rebus inficerentur. Levit. I, v. 45.
& 52.

(5) Quia ejusmodi res nec à Magistratu refusiorum pretiis
sibi vendicant, sed pereunt suo Domino, cui non sunt
infus, & qui hoc factum fato & divine providentie im
putabit. Vid. Ripa d. Pest. cap. 4. n. 15.

THES. XX.

Tempore pestis Magistratus mandare potest,
ut demortuorum corpora quam citissime sepulturæ
mandentur.

Ratio (1) ne factorem excitent, & pestem vel alios morbos
causentur. Boér. Decis. 287. Coler. d. proc. Execut.
p. i. c. 6. n. 106.

(2) Quia ex hac causa, inter alia, iniquum reputatum
fuit, cadaveris arrestationem ob eas alienum concedere
Creditori. Covarr. var. resolut. lib. 2. c. 1. n. 10.

THES. XXI.

THES. XXI.

Magistrus tempore pestis prohibere potest, ne
in viam publicam stercore, aut morticinæ carnes,
aut peles projiciantur.

Ratio (1) ne factus exinde exsurgat contagiosus, plurimis post-
modum allaturus nocumentum. Barthol. Cæpoll. d.

Servitut. urban. præd. c. 48. n. 8.

(2) Pritium ex l. un. §. non permittant. st. d. via pu-
blica. ubi & per morticinia ea animalia intelliguntur,
que per se sunt mortua, non que malata, uti ex Var-
rcine lib. 6. de lingua latin. notat Dionysius Go-
thofredus ad d. l. lit. R.

THES. XXII.

Tempore pestis non licet urinam fœtidam in
solum publicum effundere.

Ratio (1) via malus factus & odor vicinis exinde creatur.
Vid. Cæpoll. d. Servitut. urban. præd. d. Ster-
quilin. cap. 78. n. 3. Thom. Actius. d. privil. in-
firm. p. I. c. 41. n. 17.

(2) Via contra tadem vicinum, qui factore urine fœtide
nibi officit, & malum odorem in viam publicam &
locum publicum immittit, actio in factum competit. Vid.
Camill. Borell. Tr. d. Mag. Ed. lib. 3. cap. 12.
Axiom. I. n. 8.

THES. XXIII.

Qui Servitudinem cloacæ habet, tempore pestis
non potest urinam, aut aquam fœtidam per eandem
effundere.

Ratio (1) ne fœtido odore molestia creetur vicino, per cuius
aedes

ædes cloaca currit. Vid. Cæpoll. d. Se. v. t. urbar. præd. c. 78. n. 3.

(2) *Quis arg. eorum, qva habet Cæpolla & Servit. urb.* præd. c. 31. n. 5. *actioni injuriæ acus est, si d.* animo injuriandi constet. Vid. qvæque Petr. Gregor Tholosan. lib. 5. Syntagm. cap. 13. n. 2.

THES. XXIV.

Tempora pestis non licet ster
vicini parietem projicere, ut ex eo
Ratio (1) est in arg. l. un. §. pen. ff. d. via pbl.

(2) *Qvia contra projicientem, si in locum publicum proje-* cerit, datum interdictum d. l. *in locum privatum,* competit actio de Servitute, tradente Alfonso JCto in l. 17. §. fin. ff. si Servit. vind.

(3) *Ne, si ante parietem alicujus domus res fetida & im-* munda reperiantur, contra Dominum fiat presumptio. Vid. Luc. d. Penna. in l. 2. infin. C. d. Aqvæd.

(4) Revocanda essent hoc tempore in usum, leges Roma-
narum prohibiciones. Nec illa pessima consuetudo, qva
bodie stercora alieqve fastide materie in publicum pro-
jiciuntur, toleranda. Fimeta enim in plateis qvæ ve-
nalia exponuntur, nulla faotoris exinde oriundi habita-
ratione. Qibus itaque demandata est Reipublice cura
ac Politia, summpere otiosos castigare ac emendare de-
bent, ut intercipiant eo modo proximum gradum ad
sclera. Atqui ideo inquirere debent sedulò, qvamodo
& unde quis vivat, qvam artem exerceat; & errores,
qvos vocamus vagabundos, eo, qvod vident, & otiosi
sint, vel limitibus suis exilio propellere, vel ad operan-
dum cogere, & recusantes punire. Vid. Petr. Gregor.
Tholo-

)()

Tholos. Syntagm. Jur. Univ. lib. 39. c. 6. n. 12.
Dna pia & validis mendicantibus jure merito dictatur, per l. unic. C. d. valid. mendic. quod ejusmodi
inutilia terre pondera, uti vocantur in Nov. 80. c. 5.
ad meorem frugem revertantur. Erit autem pena
coeris publici commodissima, in specie condemnatio ad
plateas & fossas purgandas, viarum quisquilias egeren-
dus & similia opera. Vid. Tholofon. d.l.n. 13.

THES. XXV.

Qv. tempore pestis herbas medicinales, puta
Rosmarinum, Cariophylla, Amaracum, Rosas, Lilia
& ejusmodi similes flores seu frutices ex aliorum
hortis ierao auferunt, possunt suspedio puniri.

Ratio (1) est in reiteratione.

(2) In domino, Domino illato.

(3) In estimatione, qvæ, si communiter facta, & quinque
solidi excedat, accidente reiteratione, furem patibulo
dignum facit. Vid. Berlich. pag. 5. Concl. 53. n. 5.
Sryk. d. Jur. Sens. dis. 5. cap. 2. n. 50.

THES. XXVI.

Ad locum pestis citati liberantur à contumacia,
à mora, à poena, & à cursu fatalium.

Ratio (1) qvia citati non habent locum tutum.

(2) Qviam timor pestis maximè considerandus, & ab omnibus
fugiendus est propter contagionis periculum, & subinde
mortis. Can. negotiatorem. Dist. 88. licet in loco pe-
stis Jus omnibus communiter redderetur. Vid. Sfortia
Oodus in Tr. d. restit. in integr. n. 98. & seqq.

(3) Qviam hic valet Medicorum proverbium: fuge, fuge,
cito, cito, & longè vadè.

B 2

(4) Qviam



(4) *Quia ille, qui accedit ad locum pestis, dicitur tentare DEUM.*

(5) *Quia pestis, sui magnitudine dicitur omnes morbos: & propterea imminere periculum corporis & anime: quia raro, vel nunquam, mortuorum pestis potest administrari Sacra Cœna. Vid. Mala caro probat. conclus. 20. n. 1. & seqq.*

THES. XXVII.

Tempore pestis præscriptiones non currunt, sed in suspensiō sunt.

Ratio (1) quia tempore pestis DEUS bellum suum in bonos distingit, docente Barolc. in l. 6. v. 23. ff. d. Usucap.

(2) *Quia nemo tenetur se in periculum vite & mortis concidere. lib. 3. ff. ex quibus caus. major. sed sufficit illud vulgatum, quod, ubi periculum imminet, licitum sit à regulis Iuris communis nominib[us] recedere. arg. l. 27. ff. d. manum. test. Ernest. Cothm. Vol. 3. Resp. 13. n. 38. & Resp. 14. n. 6.*

THES. XXVIII.

Testamentum tempore pestis coram duobus vel tribus testibus, imprimis à testatore, jam peste infecto, conditum, de Jure valet & subsistit.

Ratio (1) quia hec sententia nititur magna aequitate, quia non solum à singularibus iisque magni nominis factis; sed & à Collegiis comprobata & usu recepta. Vid. Cothm. Consil. Vol. 3. Resp. 13. n. 22.

(2) *Quia testamentum tempore pestis confectum quoad Testium numerum comparatur cum testamento tempore belli & guerra ordinato. Et quemadmodum tempore belli*

)()

bili sileat leges, ita & tempore pestis. Vid. Cothm.
c. l. n. 23. 24. Quinimo, quemadmodum in testa-
mento militari femina admittuntur teste, ita & in
testamento tempore pestis facta. Vid. Cotim. d. l. n.
81. 82. Rauchbar. qv. 20. n. 34. 35. 36. 37.

THES. XXIX.

Ministro Ecclesiæ non licet fugere tempore pestis.

Ratio (1) quia Episcopus suam Ecclesiam, ac quam sacratus
est, non dimittat. c. i. sicut vir. cauf. 3. Qv. I. C. 2.
X d. Elect.

(2) Quia spirituale illud conjugium, quid est inter Eccle-
siæ & ejus Episcopum, à solo DEO dissolvendum est.
Cap. inter corporalia. X. d. translat. Episcop.

(3) Qui semel se obligavit Ecclesiæ, ei invita, ne quidem
in persecutionibus renunciare potest. Matth. Stephan.
d. Jurisdict. lib. 3. p. 1. cap. 16. n. 9.

(4) Quia perniciosum est, navem in fluitibus deferere.
Can. Sciscitaris. cauf. 7. qv. 1.

(5) Quia parochiani pestis tempore, vel maxime operâ &
ministerio sui Pastoris indigent.

(6) Quia discessus arguit diffidētiam erga promissiones
līvīnas. Psalm. 91. vers. 7. Matth. 10. vers. 30.
Ad Hebræos 13. vers. 5.

(7) Quia AARON pestis tempore inter vivos & mortuos
sterit, & incensō suo DEUM placavit. Num. 16.
vers. 48.

(8) Quia ESAIAS jussu DEI ad Regem EZECHIAM peste
corruptum intravit, & cataplasma ex ficubus ulceri
ipsius imposuit. Esaias cap. 38. vers. 21.

B 3

THES. XXX.



THES. XXX.

In loco peste infecto, si ministerium Ecclesiasticum vacet, vicini pastores non sunt obligati ad eum Eccleiae ibidem gerendam.

Ratio (1) *via pastores Ecclesie non debent esse reginas accederi, & suis metum injicere, vel percuti in creare.*

Finck.d. Jure Patron. cap. 6. n. 2.

(2) *Qvia charitas ordinata incipit a se pia arg. 1. Praef. C. d. Servit. & aqu. And. Alcia lib. præf. 52.*

(3) *Qvia vicini Pastores hoc casu cœtum humum, hancenius sanum, peste corrumperent. Vid. Fr. Baldwin. d. cas. conscient. lib. 4. cap. 9. cas. 6. impr.*

THES. XXXI.

Tempore pestis non licet Conjugi ~~Conjarem~~ deferere; & si hoc faciat, amittit Jus successoris, quod vel ex pactis, vel ex statuto, vel ex l*aws communis* habet.

Ratio (1) *quia cerium est, impiè fidei & generis peccare maritum, qui fidei conjugalis ostensio maxime prælicitatem, quam tunc maxime presentia, constanza & opera sublevare debebat, destitutus; ut & ~~anum~~, virum ita dereliqueret, contra illud. Apol. 1. Vxor à Viro ne discedito. Et Vir uxorem non dimittito.*
1. ad Corinth. 7. vers. 11. & 12.

(2) *Qvia maritus & uxor sunt, & dicuntur unius corpus; & una caro. Genef. 2. v. 23. 24. Matth. 1. v. 5. 6. Marc. 10 v. 7. 8. 1. Corinth. 16. v. 16.*

(3) *Qvia nihil iniqvius aut magis impium dici aut cogitari potest, quam si quis suam ipsius carnem negligat, non curat, non nutriatur, non forear. Ad Eph. 5. v. 28. 29. 30. 31. adeo,*

aceo, ut p̄is, q̄vi suorum, maxime domesticorum curam
noi geri, fidei abnegator, & infideli deterior pronun-
tiatur. ad Timoth. 5. v. 8.

- (4) Q̄ia matrimonium est omnis vita consoritum. l. 1. ff.
d. lit. n. pt. ac individua conjunctio. §. 1. Inst. d. patr.
por. c. 1. X. d. pr̄sumpt. c. 1. caus. 27. qv. 2.
(5) Q̄ia nihil tam humanum est, q̄dā ut q̄vibuscunque
caibus & adversis & secundis, mulieris maritus, &
uxo viri particeps sit. l. 22. §. 7. ff. scut. matrim.
& ut q̄risque Conjugem sive morbis, sive laboribus, do-
loriusque confeclam pro societate & fide conjugali susti-
neat. Can. si uxorem. caus. 32. qvæst. 5. c. si quis
c. 37. IV. 7.
(6) Q̄ia Juri & aequitati congruit, ut conjux deserens
Conygem peste infectam, successione indignus habeatur.
Vic. Brunn. in Jure Eccles. l. 2. c. 17. n. 32. ibique
notas Dn. Strykiin addit. Rauchb. qv. 20. n. 26.

THESS. XXXII.

Q̄ile obligavit ad recipiendum ægrotos, non est
obstrictus ad eorum receptionem, q̄vi peste infecti sunt.
Ratio (1) q̄ia, quemadmodum omnes contractus & promissio-
ne: intelliguntur cum clausula; rebus sic stantibus;
ita vel maximè in casu præsentí promissio ita est inter-
pretanda, ne obligato sit periculosa.

- (2) Q̄ia nemo facile sibi persuaderi patietur, contrahen-
tem de casu pestilentie cogitasse, ad eumque se obstringere
voluisse, cum tentare DEUM dicatur, q̄vi stat in loco
pestis. Ripa in prælud. Tr. d. pest. n. 8.
(3) Q̄ia ob causam Pestis, altero contrahente etiam invito,
à promissione recedere licet. arg. l. 54. §. 1. ff. locat. And.
Alciat. d. pr̄sumpt. reg. 2. præl. 16. n. 6.

(4) Q̄ia

- (4) *Quia pestis appellatur Regina omnium*
Vid. Thom. Actius d. infirm. p. 1. c.
- (5) *Quia pestis est affectio contra naturam*
Actius dict. p. 1. cap. 11. n. 6.
- (6) *Quia peste infecti ab urbe protinus expelluntur*
Alexand. in l. casus. C. d. testam.
- (7) *Quia pestis inter casus fortuitos refertur*
de Peste cap. 1. n. 71. Atqui Juris e. casus fortuiti in omnibus obligationibus certi nisi quis verbis expressis se ad eos obstrinxerit. commod. 1. 1. §. si convenient. ff. d. Med. d. cas. fortuit. p. 2. qv. 6. fol. 210.

THES. XXXIII.

Mercatores suspecti, qui scilicet ex locis veniunt, hac ratione admittuntur, ut in loco vicino ac aliquot milliaribus distante, conrantenam prius sustineant; qui verò loca suscipiant, & citra conmorationem transeuntem quarantenam dimitti possunt. Vid. *Responsum Facultatis Medicinae et Legal. p. 1. Sect. 3. pag. 11.*

THES. XXXIV.

Non tutum est ejusmodi merces admittere, quibus contagium adhaerere potest; quales imprimis, cannabis, linum, lana, pannus, pelles animalium, coriun, lupulus, farina, & aliae ejus generis; quemadmodum si advehantur, in aliud locum perflatilem, quem remo invenient, devehantur, separantur, & ventilentur; ibique spatio aliquot hebdomadarum permaneant. Dumque sit ventilatio, domine vectores contineant, ne in aliorum hominum societatem immittantur. Vid. Thom. Bartholin. in Tract. de Medicina Danorum domest. Dissert. 7. pag. 327. 328.

TANTUM!

(x228 2796)

ULB Halle
005 372 038

3



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres

DISPUTATIO JURIDICA,
DE
JURE
CIRCA
PESTEM,

Qvam

Sub PRÆSIDIO

D. JOHANNIS SCHACKII,
Professoris Juris Ordinarii, & Consi-
storiī Ecclesiastici Assessoris,

Die Octobr. Anno 1709.
defendet.

THEODORUS BENJAMIN WOTHLENUS,
Noribergâ Marchicus.

GRYPHISWALDIAE,
Typis DANIELIS BENJAMINIS STARCKII
Reg. Academ. Typogr.

